



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Iosepham Castellam à comitali morbo. 259

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

cederet, aut vix etiam moueretur. Huic desperatis naturæ subsidijs, in mentem venit, IGNATIVM sollicitare: cuius honori statas preculas quotidie numeraret. Vix triduum fecerat, cum nox insequens, grauiter adhuc dolentem consopijt. Tum in quiete vidit Sāctum ad se IGNATIVM accedere; hilarique & serenâ fronte, valetudinem polliceri: iniectâ denique manu omnes morbi reliquias abstergere. Experrecta fæmina, prius valere se propemodū sensit, quam sperauit. Recta que ad nostram ædem progressa, cereum signum, ad rei testandæ memoriam, dedicauit.

259 Sed illustrius ibi facinus per mensem Nouembrem cōperimus patratum. Iosepham Castellam, annorum XL. virginem, morbus comitalis obnoxiam trahebat: iamq; ad eò omnem eius valetudinem

dine
rem
vix
tem
rem
cor
por
acp
mo
rum
sepl
noc
veh
con
red
imp
lis
qu
uit
ten
ian
se
dis
re

tur.
ijs,
sol-
pre-
Vix
use-
tem
idit
ede-
ale-
eni-
reli-
fæ-
odū
ead
cum
mo-
s per
mus
lam,
rbus
ebat:
letu-
inem

dinem attriuerat, vt mentis impo-
tem, seseque crudeliter laniantem
vix multi inhiherent. Tum au-
tem, vbi paroxismus aliquando
remisisset, intolerabiles cruciatus
cor opprimebant; ipsa toto cor-
pore fracta contusaque, reliquo
ac postero die, non agere aliud, nō
mouere se posse credebatur, me-
rum funus. Cognoscit interim Io-
sepha de miris **IGNATI** viribus: &
noctu, cum recipocante morbo,
vehementius fortè, quàm solito,
concuteretur, vt ad se non nihil
redijt, capit consilium opis eius
implorandæ. Ita precibus cum il-
lis, quas Christus tradidit, tum
quibus virginem Angelus saluta-
uit, vix quintum peractis, nullum
temporis punctum intercessit, &
iam conualuisse fæmina, neque
se vllis prioris fortunę incommo-
dis obiectam deprehendit. Qua-
re & pernoctare in somno cæpit,

N 2 **quod**

quod alias per morbum non licuerat; & diluculo surgere, admirante familia; cui, quas res ageret, percontanti: Valitudinem IGNATIO se acceptam ferre respondit. Cum octauum inde decimumuè diem colicus ei dolor fatalem pæne effecisset; eodem cælite pro medico vsa, repentè omnem coli intemperiem extinxit. Duas igitur statuas de cerâ fictas, in templo destituit, quibus, quod sibi acciderat, alijs testaretur.

260 Hæc eadem quoque provincia, puellam septennem alebat; quæ febribus & tumente angina pertinaciter vexata, quod biduum binoctiumque nullam quietem sperare, neque vero liquoris guttam sorbere posset; parentes eò iam tendere incipiebāt, qui filiam sepelirent veriùs, quam sanarent. Sed conspexerat amita fortè IGNATIANAM tabulam, quæ
tunc